322

S. Opportunissime tuas accepi literas, charissime Consul, ea siquidem
hora, qua iam senatus rem diversis communicabat, Tilmannus questor
literas vestrasque ad senatum detulit, quibus auditis, non minus pileati
impostoris impudentiam, quam suorum simplicitatem et tam facile illis imponi
admirati sunt, Inter consulendum item tibi gratiae sunt relatae, quod
Bernatum gloriae detractari tam egre feras. Scribit itaque senatus ad Apezella-
nos, quo animo plebano literas condonarint, Verum ut omnia commodius
expedire possis copiam literarum ingratus nostri adiunximus. Misissent nuncium
proprium nuncium, Sed id verebantur, ne forte coram paucis & his Oligarchis
literae legerentur. Unde consultius videbatur, ut haec provincia tibi commendaretur, qui
dum simul congregati fuerint Abzellani, commode possis per medios am-
pios presentare. Age igitur ut soles, quo dei gloria promoveatur apud ipsos bonos
homines & impostura nebulonum detegatur, Visum item fuit senatoribus
ne ego scriberem, Maioris .n. autoritatis erit ut solus me senatus audiatur.
Caeterum de regimine salubriori Item & medela pedum tam facile tumentium
totiusque mei corporis commoditate, tua expecto consilia, dum per otium licue-
rit, Scio nihil negabis. Unum hoc me urget quam maxime, quod cum ad
integrum ferme mensem nobiscum fueris, ad saturitatem tibi colloqui negatum fuerit
Epistolam expediam aliquando, at intervalla locorum negant, Argentinenses fratres felicissime
ad suos redire, a Berna ad Argentinam usque 6 horae & tribus diebus, etiam per me-
dios hostes & hostium castra transeuntes. Bella nunc movent missis suis(?)
Multi item in Bernatum ditione, omnia extirparunt ut vix vestigia alicubi vide-
atis. Propediem habebis quicquid expensa quae domini consuluerint. Heri translatum
est hospitale urbis ad conventum predicatorum. Caesarei minantur Constantiensibus
bella, Sed dominus pro nomine suo omnia dirigat. Quicquid interim scitu
dignum apud nos acciderit, te non latebit. Quo vero pacto pedagogiam
apud vos primum experite, singulatim scilicet pueros aut congregatim erudiendo
ea quae praeter expensa sunt, Fac Zilinus meus depingat. D. Michaelem
Schappeler, Vitum humanissimum iuxta ac pium, ceterosque fratres omnes salutato.
Ioachimum meum Megander, Sebast. Oeconomum, & apud ceteros didascalum(?)
qui & conviviis & lectionibus praesint. Vale. 15 Februarii Bernae Anno 28
Tuus ex animo Bert. Hall.

Vnum hoc te non lateat, Vxorem meam aut usque adeo gravem, vidisti ipse templi ventrem quam amplus sit, Vnum enim puer erat, uno latere inspiratus, altero numerus lateri ruptus, maiora igitur vereor pericula, Consule igitur quibus mediis ea prevenire possim

Prudentiss: apud S. Gallen. Consuli Ioachimo Vadiano maiori Suo summe obs[ervando]